



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Tertivs Et Qvartvs Decretalivm Libri continentur

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Succeßionibus ab intestato. Tit. XXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95279](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95279)

De Testamentis, & ult. &c. Tit. XXVI. 221

n. 18. Spin. in speculo testam. gloss. 28. princ. n. 18. Martin. Carril. en la explicacion de la Bulla de los defunctos. p. 2. c. 14. n. 10. vbi n. 11. resoluit quod executor testamenti etiam tacens, & praesens non videtur acceptare officium, dummodo non sit coniunctus, de quo etiam Steph. Gratian. discept. forens. c. 68. n. 17. & seq. Cald. Pereira de empt. c. 17. n. 16. & 18.

Per diocesanos.] Vel Abbatem quasi Episcopalem iurisdictionem habentem, vt per Flores de Mena var. lib. 2. q. 2. n. 21. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 28. n. 6. & disp. 29. n. 16. & in Capitulo Sede vacante post Martens. & Molin. resoluit Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 22. num. 10. Ego ipse de officio Episcopi, part. 3. alleg. 82. num. 30.

Mandans insuper satisfieri creditoribus.] Notatur ad hoc, quod legatum ad satisfaciendum creditoribus est pium, vt per Tiraq. de pia causa, in praefat. prope fin.

SYMMARIVM.

1. Quarta Episcopis ex quibus relictis non soluitur, ostenditur.
2. Concordatur text. in praesenti, cum Clement. 2. §. verum, de sepult.
3. Quarta Episcopalis an debeatur de relictis pro fabrica, seu restoratione Ecclesiae, si illa adificiis, aut refectione parietum non indigeat, remissive.


CAP. De his. XX. & ult.

Episcopus, seu Parochiales Ecclesiae non debent habere portionem Canonice de his, quae legantur Ecclesiae, vel aliis locis piis pro ornamentis, fabrica, luminariis, annuatiariis 720. vel 30. die, seu aliis ad perpetuum cultum diuinum, dummodo non fiat in fraudem, id est, vt Episcopus vel parochia his defraudetur. Colligunt ex Ordinariis, Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Anch. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Boich. Butr. Anchar. Barbat. Panormit. Conar. Canis. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontificij, pag. 231. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 453. remissive Ximen. in concord. p. 1. Bernard. reg. 237. vers. tertio, Petr. de Vbald. de canon. Episcop. c. 6. Lap. de canonica port. p. 2. n. 24. Valasc. conf. 102. n. 13. optimè Steph. Quarant. in summa Bullarum, verbo privilegia Regularium, vers. quarta Episcopis, diff. 2. vbi etiam ampliat quamvis Ecclesia de praesenti non indigeat restoratione, & diff. 3. etiam ampliat quamvis data sit potestas executoribus distribuendi in pias causas, sicut eis videbitur, adhuc enim si partem distribuunt ad templum construendum, de illa non habebit Episcopus quartam, de quo etiam Mascard. de probat. concl. 593. n. 8. Et quod procedat huius text. decisio quando relinquitur aliquid pro vestibus, picturis, calice, aut aliis concernentibus diuinum cultum, asserunt Bern. ad reg. 237. vers. primo, Steph. Quarant. vbi proxime diff. 3. Læ. Zech. de Republ. Eccles. c. 28. de parochia n. 18. vers. nono, latè Fr. Lud. Miranda in manuali Praelat. tom. 2. q. 47. art. 3. concl. 1. Franc. Leo in thesaur. fari Eccles. p. 2. c. 14. n. 6. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 9. c. 32. q. 7. casu 2. 4. & 5. quorum plures refero ipse de officio & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 86. n. 21. vbi etiam cum Con. in praesenti, num. 7. amplio, etiam si relinquitur pro operibus piis in genere, & executores distribuunt sic relictum in fabricam, luminaria, & ornamenta Ecclesiae.

Non obstat Clement. 2. §. verum, de sepult. vbi Canonice portio indistinctè solui precipitur de omnibus, Barbof. Collect. Tom. 11.

obuentionibus, non obstante consuetudine, vel iure in contrarium, quia sunt qui respondeant dictam Clement. procedere specialiter in Prædicatoribus, & Minoribus, de quibus loquitur, ita gloss. ibi verbo de iure, & alij, quos refert, & sequitur Conar. in cap. officij 14. sup. hoc tit. n. 6. existimantes correctoriam esse illius decisionem, & ideo ad alios quam Prædicatores, & Minores nullatenus extendendam, arg. cap. quæ à iure, de regul. iur. lib. 6. cum concord. Verum quamvis hic respondendi modus sit verissimus respectu portionis debitæ Ecclesiis Parochialibus, vt text. habet, iuxta terminos contronerfæ, quæ excitata fuit inter Rectores, & Parochos Ecclesiarum parochialium, & inter prædictos Fratres, vt satis deprehenditur ex principio d. Clement. respectu tamen portionis Episcopo debitæ, de qua agimus, defendi non potest, quia respectu illius non recessit, d. §. verum, à dispositione huius text. in quo non solum agitur de portione debita Episcopo, sed etiam de illa, quæ spectat ad Ecclesias Parochiales, vnde quamvis exorbitet circa portionem Ecclesiarum Parochialium, quæ solui iubetur, vt constat ex eodem §. non tamen circa portionem Episcopalem, de qua non agit, arg. l. præcipimus, C. de appell. vnde iam respondetur, §. illum agere de illa portione diuersa, & ideo nihil pugnat cum dispositione huius text.

Vtrum autem quarta Episcopalis debeatur de relictis pro fabrica, seu restoratione Ecclesiae, si illa adificiis, aut refectione parietum non indigeat, duplex est sententia, vna tenet huiusmodi quartam tunc esse detrahendam ne fiat fraus Episcopo, aut parochiali, quam sequuntur Cou. hic n. 4. vers. est tamen, Miranda d. q. 48. art. 3. concl. 1. Azor. d. c. 12. q. 7. casu 3. Alteram contrariam expresse sustinent in praesenti, Goffred. Zabari. Barbat. & alij, sequitur Franc. Leo d. c. 14. n. 8. sed resolutio petenda est ex his, quæ dixi d. alleg. 86. num. 24.



De Successionibus ab intestato.

TIT. XXVII.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabari. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anchar. Panorm. Cou. Barbat. Guillelm. Durand. in breuiario aureo iuris Canon. fol. 102. verso, Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canon. fol. 174. verso, Martin. Meliart. in epitome Decret. fol. 120. Petr. de Raven. in compend. iur. Canon. Dan. Venat. in analysi method. iuris Pontificij, a pag. 453. Goffred. & Host. in summius tit. Alex. Cassan. & Anast. Germon. in paratilis ad quinque libros Decret. Barthol. Carthag. in exposit. tit. iuris Canon. Zypæ in analytica postremi iuris Eccles. enarrat. pag. 228. omnes sub hoc tit.

CAP. Sed hoc. I.

Clericus Presbyter, Episcopus bona hereditaria, vel acquisita intuitu personæ potest donare dum vivit, cui voluerit, sed si moriatur intestatus, succedit Ecclesia cui seruit. Colligunt ex Ordinariis, Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabari. Butr. Ioan. Andr. Imola, Barbat. Anania, Hostiens. Anchar. Henric. Panorm. Viuian. in rationali lib. 3. iuris Pontificij, pag. 235. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 455. remissive

T 3 Ximen.

ARBOSA
Ius Can.
O. 233.
CVI
18

Ximen. in concord. p. a. & 2. defumitur ex Concil. apud Alterum habito, c. 37. cui interfuit Rex Conradus, refertur à Burchard. lib. 1. Decret. c. 227. & ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 23. c. 1.

- 2 Ex hoc text. colligunt Doctores, quod si Clericus decedat intestatus, bona sua adventicia, & patrimonialia spectant ad consanguineos proximiores, ut per Abb. hic n. 1. Socin. conf. 47. n. 36. vol. 4. Roland. conf. 12. n. 19. & 61. vol. 4. quos refert, & sequitur Bellet. diff. quist. Cleric. p. 1. tit. de bonis cleric. §. 14. n. 1. Si autem decedat sine hærede, & ab intestato nullis relictis consanguineis, Ecclesia, in qua est beneficiatus, succedit excluso fisco temporali, Abb. hic n. 2. & 3. Purpurat. conf. 758. vol. 2. Peregrin. de iure fisci, lib. 4. tit. 3. num. 10. Azor. insit. moral. p. 2. lib. 8. c. 3. q. 1. Bellet. d. §. 14. n. 3. Sic etiam quando laicus moritur nullo relicto hærede, ex testamento, vel ab intestato, ultra decimum gradum succedit fisco seculari in eius bonis, l. 1. C. de bonis vacant. lib. 10. Ordin. Regia Lusit. lib. 2. tit. 26. §. 17. & apud Castellanos l. 3. tit. 13. p. 6. & l. 12. tit. 8. lib. 5. noua recop. Molin. de insit. tract. 2. diff. 164. concl. 11. Cabed. Lusit. decis. 51. & 52. decis. 61. à n. 1. p. 2. Surd. de alim. tit. 1. q. 11. à n. 16.

CAP. Sancto. II.

Ex Concil. Tribur.

- 1 Q Vando serui iam facti liberi, & Presbyteri moriuntur, suis bonis non succedunt laici, sed eorum peculium dividitur in quatuor partes, quarum una est Episcopi, secunda Ecclesie, tertia pauperum, quarta parentum, quos si non habet Episcopus, debet conferre quantum in usum Ecclesie, patronis autem sufficit habere diuinum officium à seruis, qui contrafecerit incurrit poenam excommunicationis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Host. Anchar. Henric. Panorm. Barbat. Vinian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 236. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 455. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur à Burchard. lib. 2. Decret. c. 206. & Ino. p. 6. c. 281. & ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 13. c. 2.

- 2 Partes sibi vendicent sicut de propriis seruis. Mirum est cur dominus partem solam bonorum sibi vendicet, non autem tantam proprii serui substantiam, cum tamen omne, & quicquid seruis acquirit, statim sibi domino acquiratur etiam invito, & ignoranti, l. acquiritur, ff. de acquir. rerum dominio. Item in titis 32. eod. tit. princ. & §. item vobis, Insit. per quas personas, sed facilis est solutio prædicta huius text. verba nullam Pontificis decisionem continere, sed solum dominorum factum referre, qui inique solebant de morientium Presbyterorum substantia partes sibi assumere, sicut de propriis seruis; quamvis Abb. hic notab. 1. post Host. huius text. verba intelligat non de seruis constitutis in seruitute, sed de libertis iam manumissis, in quibus illa verba verificantur, ibi, partes, &c. iuxta text. in §. sed nostra, Insit. de success. lib. vbi facto testamento patronus succedit in tertia parte bonorum liberti, quia text. ille in d. §. sed nostra, non bene adducitur ad intentum, agit enim de successione patroni in tertia parte. quando libertus facto testamento decedit; hic verò text. agit de libertis intestatis, quo casu patronus non in partes, sed in totum succedit liberto libertis non extantibus.

- 3 Ita nihil ab eis, &c. Ex his verbis inneta dispositione text. in c. 3. de seruis non ordin. colligitur notabile discrimen inter libertos Ecclesiarum ad sacros

Ordines promotos, & inter libertos priuatorum eisdem Ordinibus insignitos, ut scilicet Ecclesia patrona in omnibus bonis liberti intestati succedat, per d. c. 3. priuatorum verò patronus nihil ex illis bonis temporalibus vendere possit, per text. in presenti, notat communis utrobique, Bapt. de S. Blasio in tract. de differentis inter in Canonicum & Civile differ. 135. cuius discriminis rationem illam esse putat, quia liberti laicorum non aliter possunt promoueri ad sacros Ordines, quam si ita simpliciter, & absolute sint manumissi, ut nullum omnino obsequium patroni in illis retineant, si enim retento aliquo obsequio sint manumissi, nullatenus possunt ordinari, cap. quicumque, cap. qui ex famulis, vers. qui autem, cap. nullus 34. dist. ita prædicta iura intellexit Host. in summa, de seruis non ordin. §. qualiter serui, n. 7. ad med. Zabar. d. c. 3. n. 2. communis ut per Abb. hic ad finem 3 sed explosis hoc, & aliis intellectibus, probabilius dicendum mihi videtur distinguendum esse inter manumissionem simpliciter & absolute factam, & inter eam, quæ sub aliqua conditione fit, ut primo casu siue liberti ad sacros Ordines promoti sint priuatorum personarum, siue Ecclesiarum non possint patroni à libertis intestatis exigere bona temporalia, ita procedit text. in presenti, vbi agitur de libertis priuatorum ad sacros Ordines promotis morientibus ab intestato, qui tamen à principio simpliciter, & absolute fuerant manumissi, neque enim fit mentio alicuius conditionis, vel modi adiecti tempore manumissionis circa successionem ab intestato, vel alia obsequia, ut patet ex illis verbis, liberti facti sunt, &c. Posteriori verò casu, quando licita aliqua conditio, vel alius modus adicitur, puta ut bona liberti ab intestato decedentis absque suis hæredibus ad patronos pertineant, tunc siue liberti fuerint ab Ecclesia, siue à quavis priuata persona manumissi in utroque casu locus erit successionem ab intestato, ut ita datis paribus terminis nunquam discrimen constituitur inter vnum, vel alterum patronum, de libertis Ecclesiarum est text. in d. c. 3. quem sic intellexerunt Innoc. & Abb.

Præter diuinum officium. Ergo ille, qui manumittitur, ut ad sacros ordines promouetur, solum tenetur, & cogi potest à patrono præstare illa, quæ ad diuinum Officium spectant, scilicet recitare Officium diuinum, & his similia, cap. nullus, ibi, gloss. 1. Zabar. Abb. & communis, de seruis non ordin. cap. frequens in fine, §. 4. distinct. gloss. 1. ad finem, in cap. quicumque, ead. dist. gloss. penult. in presenti, vbi Abb. notab. 3. Host. d. §. qualiter serui, n. 6. post princ. Patroni enim possunt retinere obsequium comparabile cum officio Clericali, Soan. de censur. diff. 51. sect. 3. n. 6. Henric. in summa, lib. 14. c. 8. §. 7. in princ. Imo possunt deduci in pactum seruitutis non repugnantia statui clericali, puta ut seruus factus Presbyter pro domino aliqua sacra conficiat, Subdiaconus, vel Diaconus preces fundat, & similia, ita Soan. d. sect. 3. n. 4. Illustr. D. meus Roder. à Cunha in comment. ad cap. qui ex famulis 4. n. 2. dist. §. 4.

S V M M A R I V M.

- 1 Rectores referuntur super hunc text. scribentes.
- 2 Nonito intra annum probationis decedente an eius bona ad monasterium pertinere debeant, ostenditur.
- 3 Verba enunriatina per modum cause prolata, & non principaliter, & probant, & disponunt.
- 4 Testis unus, & confessio facta absente parte faciunt plenam probationem.
- 5 Probatio una fit ex duabus probationibus diuersi generis, 6 Confessio

De Successionibus ab intest. Tit. XXVII. 223

- 6 Confessio facta coram parte eam non accipiente minime praeiudicat.
- 7 Phreneticus non potest facere testamentum.
- 8 Notarius ubi testamento asserit testatorem fuisse sane mentis, non per hoc probatur sanitas mentis.
- 9 Testamentum a furioso factum non valet, licet optime, et homo sane mentis fuerit testatus.
- 10 Furiosus olim, etiam hodie furiosus praesumitur, & num. 13.
- 11 Praesumptiones plures ad plenam probationem faciendam coniunguntur.
- 12 Furiosus non potest facere testamentum.
- 14 Confessio criminalis facta, extra iudicium parte absente non probat.
- 15 Confessus de crimine extra iudicium non punitur.

CAP. Cū dilectus. III. & vlt.

Innoc. III.

Testamentum ad pias causas dicitur satis probatum, & valere, quando vnus testis dicit fuisse factum, & alij testes dicunt se non audiuisset ab infirmo incidenter loquente de hac re, qui dicit se bona huiusmodi dedisse illi piae causae, si tunc erat mentis compos, quia si probaretur dixisse haec mente alienata, haberetur intestatus. Colligunt ex Ordin. Abba. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Host. Anchar. Henric. Boich. Panorm. Barbat. Canif. Viuiam. in ration. lib. 3. inris Pontif. pag. 240. Alagona in compend. inris Canonici, pag. 455. remissum Catal. in amor. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 20. cap. vlt.

Obtulit se, & sua.] Ex his verbis colligitur quod nonitio intra annum probationis decedente eius bona ad Monasterium pertinere debent, si in ipso ingressu expressè cōtulerit bona sua Monasterio, vt per Tiraq. de retractu lig. §. 1. gloss. 8. n. 21. Paul. Fulse. de visitat. lib. 2. c. 1. §. 1. n. 67. Gutier. canon. lib. 2. cap. 1. n. 101. Azor. inst. moral. p. 1. lib. 12. c. 3. q. 3. Menoch. de praesumpt. lib. 6. praef. 84. n. 3. & conf. 396. n. 3. vol. 4. Verum probabilis est adhuc illa bona pertinere ad venientes ab intestato, nisi ea bonorum dedicatio facta fuisset independentem a religionis ingressu, vt praesumitur hic facta quando longè ante ingressum fieret: ratio est, quia dedicatio bonorum expressè facta in religionis ingressu habet tacitam conditionem si professio sequatur; cum ergo in hoc euentu non sequatur professio, cessabit ea dedicatio, quasi deficiente conditione in illa imbibita, vt docet Beroan. c. in praesentia, n. 553. de probat. Redoan. de spoliis Eccles. q. 8. in princ. n. 71. Honded. confil. 83. n. 18. volum. 2. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. q. 80. art. 2. statim. in princ. quos refert & Sequitur Sanch. in praepara Decal. tom. 2. lib. 7. c. 3. n. 94. me citato in hoc loco, Marc. Cotel. de donat. inter patr. & filium, tract. prime disc. 2. part. 12. n. 73. pag. 381.

Asseruit.] Notatur ad hoc, quod verba enuntiativa per modum causae probata, & non principaliter, tam in vltima voluntate, quam in contractu inter viuos fauore piae causae probant, ac disponunt, vt per Tiraq. de priuilegiis pia causa. prinil. 86. vers. nec quidem, Duen. reg. 119. vers. limita 1. Alex. conf. 190. num. 27. lib. 6. Rot. apud Farinac. decif. 70. num. 7. part. 1. recent. Confessio verò facta per verba enuntiativa non probat, secus si per verba dispositiua Mascard. de probat. concl. 346. num. 17.

Licet vnus testis, &c.] Notatur ad hoc, quod vnus testis, & confessio facta absente parte faciunt plenam

probationem, vt per Viuiam. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 9. num. 77. pag. 487. Et ita ex duabus probationibus, si diuersi generis sit vna probatio, Afflict. in c. 1. de fendo dato in vicem legis commiss. libro 1. fol. 105. num. 133. Molin. de primog. libro 1. c. 6. num. 34. Clar. lib. 5. §. fin. q. 63. num. 9. Bonacof. commun. crimin. part. 1. verbo possessiones. fol. 137. & verbo semiplen. fol. 149. verso, Masc. de probat. concl. 397. n. 4. concl. 459. n. 7. Costa in l. si ex cautione, C. de non numer. pecun. n. 3. pag. 240. Cott. in memor. verbo indicia plura, D. Barbof. in l. 2. in princ. p. 12. n. 93. ff. soluto matrim. Gntier. de iuram. confirm. part. 1. c. 54. num. 2. Rebuff. in tract. nominat. q. 11. num. 7. Balb. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 9. n. 136. Et duae semiplenae probationes in idem tendentes coniunguntur in civilibus, Bart. in l. admonendi, n. 48. vbi laf. in repet. num. 257. de iur. Aldrete de religiosis discipl. tuenda, lib. 2. c. 9. n. 2.

In Abbatis praesentia, &c. Notatur ad hoc quod confessio facta coram parte etiam eam non acceptante praeiudicat, sed contrarium defendit Palat. in repet. c. per vestras, de donat. inter viuos. notab. 4. n. 39. vbi respondet hunc text. loqui in confessione facta in extremis vitam ob causam mortis speratam, ideoque maioris esse efficaciam, quia tunc non creditur ob aliam causam sic fateri.

Ingiam phreneticus] Ergo phreneticus non potest facere testamentum, vt per Bonacof. tom. 2. commun. opin. lib. 6. tit. 12. n. 11 p. 34. Cald. Percira quest. forens. conf. 24. n. 3. Negreiros in introduct. vltim. volunt. lib. 1. c. 7. q. 1. o. n. 3.

Sua mentis compotem non fuisse, &c.] Notatur ad hoc quod licet notarius in testamento asserat testatorem fuisse sane mentis, tamen per illa verbo non est probata sanitas mentis testatoris, nisi aliter probetur, vt per Hippolin. l. 1. si quis dicatur, n. 4. ff. de quest. facit tamen vehementem sanitatis praesumptionem, Buratt. decif. 256. n. 3.

Notatur etiam ad hoc quod non valet testamentum a furioso licet optime, & vt homo sane mentis fuerit testatus, vt per Xnas. alleg. 1. n. 2. Boer. decif. 23. n. 49. & seq. Callan. in catalogo gloria mundi, p. 11. confid. 9. vers. refert, Grammat. decif. 73. num. 37. & 38. Ioseph. Lindou. Perus. decif. 1. num. 13. Menoch. de praesumpt. lib. 6. praef. 46. num. 66. Spin. in speculo testam. ad rubr. part. 1. Valasc. conf. 145. num. 15. Ad effectum enim vt testamentum sustineatur necesse est quod illud conditum fuerit ab homine perfecto sensu praedito, sed sufficit quod tempore saltem testamenti vsum rationis haberet, neque a mente totaliter alienatus esset, cum intra de furioso loquentia, de istantummodo intelligantur, qui continua mentis alienatione laborant, omnique intellectu carent, ita Socin. conf. 422. lib. 1. Corn. conf. 91. & conf. 261. num. 21. lib. 4. Ferret. conf. 207. num. 3. lib. 1. Parif. conf. 88. num. 38. & seq. lib. 3. Menoch. conf. 683. n. 12. & 15. Boer. decif. 23. sub num. 83. vers. quare, cum probatio, Rot. in Romana de Gracchis 1. Decembris 1618. coram bona mem. Remboldo. Vnde testamentum furiosi sustinetur quando in eo reperitur dispositum prout quilibet prudens, ac sane mentis fecisset, Magdal. de numero testium, p. 2. c. 4. n. 89. & seq. Card. Mantie. de collect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 5. num. 7. & 8. Honded. conf. 78. num. 61. lib. 2. Rot. decif. 129. num. 15. p. 2. diuers. & in Romana testamenti 8. Decembris 1620. coram R. D. meo Coccino, & in Perusina hereditatis 12. Iunii 1617. coram bona mem. Buratto, inter eius impressas decif. 256. n. 1161. Ferentil. in annotat. lit. E. subdit hoc esse intelligendum procedere vbi non constat praecise testatorem fuisse semper dementem, sed dilucida intervalia habuisse, nam profus demens, & in furore confirmatus

matius, si de facto testetur, licet ordinatè, semper eius testamentum nullum est, Menoch. de præsump. lib. 6. pref. 45. n. 68. quia tunc ordinata dispositio non à persona, sed casu magis facta creditur, vt bene declarat Rot. in Romana successione 19. Ianuarij 1629. coram R. P. D. Duran.

10 Notatur etiam ad hoc, quòd olim furiosus, etiam hodie præsuntur, vt per Alciat. de præs. reg. 2. pref. 18. Flamin. de ressign. benefic. lib. 1. q. 8. n. 12. vide plures alios Doctores infr. n. 13.

11 In gloss. Vnus, ibi, tamen si alia præsumptiones adfuerint. Notatur ad hoc, quòd præsumptiones plures ad plenam probationem faciendam coniunguntur, vt per Mascard. de probat. concl. 1223.

12 In gloss. Compotem, ibi, quia furiosus non potest facere testamentum. Probat text. in l. qui testamento, §. nec furiosus ff. de testam. Ordin. Reg. Lusitan. lib. 4. tit. 8. in princ. cum aliis citatis per Mich. Grass. tom. 2. commun. opin. lib. 6. tit. 12. n. 21. pag. 35. Menoch. de arbit. casu 325 & de præsump. lib. 1. pref. 24. n. 15. & pref. 18. n. 7. & lib. 2. pref. 75. n. 57. & conf. 374. n. 45. Card. Mantica. de coniect. ult. volunt. lib. 2. tit. 5. a princ. Spin. in speculo testam. gloss. 1. o. rubr. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 136. n. 3. Cardos. in praxi iudicium, verbo testamentum, n. 17. Negreiros in introduct. ult. volunt. lib. 1. c. 7. num. 10. cum seqq. Bened. Aegid. in repet. J. 1. C. de Sacros. Eccles. p. 1. §. 3. n. 9. Cald. Pereira d. conf. 24. n. 3. Nec reconualecit adueniente sanitate, ex Ceuall. commun. contra commun. q. 11. n. 3. Amplia, vt nec ad pias causas furiosus testari possit, Burg. de Pace conf. 11. n. 2. Spin. d. gloss. 10. n. 7. Crass. §. testamentum, quest. 17. num. 3. Bened. Aegid. d. num. 9.

13 In ead. gloss. ibi, Quia constabat illum prius fuisse furiosum. Notatur ad hoc, quòd quando constat aliquem furore, dementia, vel insania affectum fuisse, adhuc præsuntur furiosus, vel demens, secus tamen si antea furore agitur non fuisset, quia postea non præsuntur furiosus, sed sanæ mentis, de quo vide Ant. Gom. tom. 3. var. c. 1. n. 71. Grammat. decis. 73. n. 22. cum seqq. Ioseph. Ludou. Pers. decis. 1. num. 10. Molin. de primog. lib. 2. c. 9. n. 30. Ioseph. Ludou. tom. 3. commun. opin. tit. de probat. concl. unic. vers. infertur, 193. pag. 477. Menoch. conf. 374. n. 45. & conf. 311. n. 3. & de præsump. lib. 6. pref. 45. n. 18. & 19. Burg. de Pace conf. 11. n. 13. Perez ad tit. 2. lib. 5. Ordin. pag. 63. Mascard. de probat. concl. 39. & concl. 825. & concl. 1045. num. 32. & concl. 1219. n. 16. Molin. de iustit. tr. 2. disp. 136. n. 3. Flamin. de ressign. lib. 3. q. 8. n. 11. cum seqq. Valasc. conf. 145. n. 13. & 16. Farin. fragment. crimin. p. 1. lit. F. num. 317. Nam mentis sanitas naturaliter & de iure præsuntur, & contrarium asserenti incumbit onus probandi, Dec. consil. 127. n. 29. lib. 3. consil. 51. num. 33. cum seqq. lib. 4. Menoch. conf. 683. n. 1. Farin. d. lit. F. n. 230. & in praxi crimin. q. 94. n. 48. Rot. in Romana de Gracchis 2. Decembris 1618. coram Remboldo, & in Romana hereditatis de Arigonis 13. Nouemb. 1624. coram Manzanedo, & in Perusina hereditatis 12. Jun. 1617. coram Buratto, inter eius impressas decis. 256. in princ.

Notatur ad hoc, quòd confessio criminalis facta extra iudicium parte absente non probat, vt per Mascard. de probat. concl. 350. n. 2. Et confessus de crimine extra iudicium non punitur. Bernard. reg. 125. punitur tamen iudicis arbitrio, Cardos. in praxi iudicium, verbo confessio, n. 31.

De Sepulturis.

TIT. XXVIII.

SUPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anch. Pannorm. Guillem. Durand. in breuiario aureo iuris Canon. fol. 104. verso. Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canonum, fol. 175. Martin. Mesnart. in epitome Decretal. fol. 120. verso. Petr. Rauenna in compendio iuris Canon. Dan. Venator. in analyti methodica iuris Pontif. a pag. 454. Goffred. & Host. in summ. huius tit. Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in paratilis ad quinque libros Decretal. Barthol. Carthagen. in expositione titulorum iuris Canon. Lancel. in iustit. Canon. Canis. in summa iuris Canonici, Cafarel. in erotem. eiusdem iuris. Ioan. Honor. lib. 3. summ. in Decret. Zypæ. in analyt. postremi iuris Ecclesienarrat. pag. 232. omnes sub hoc tit.

De materia tituli vide Sebast. Medices in speciali tract. de sepulturis, Fr. Emman. quest. Regul. tom. 3. q. 60. Hieron. Carat. in opuscul. de iurib. parochialib. tit. 7. de sepulturis, Laeli. Zech. de Republ. Ecclesie. 29. de parochia, n. 17. 18. & 19. Spin. in speculo testam. gloss. 2. princ. Cadi. Tusch. tom. 7. lit. S. concl. 194. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo sepultura. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de clerico debitor, §. 3. a n. 8. Interest enim Reip. mortuos sepeliri, Sord. decis. 255. num. 9. vbi n. 26. dicit quòd non minus interest Reipub. viuentes homines conferuari, quam mortuos sepeliri, itavt priuatio sepultura magna poena, & ignominiosa sit, Azened. l. 6. num. 9. tit. 18. lib. 5. nonie recap. Cened. ad Decret. collect. 40. n. 2. De sepultura plura seitu digna refert Marc. Ant. Genueli. in praxi Archiep. Neapol. c. 6. l. 1. in 2. edit. Et de sepultis Ecclesiasticis, & quibus Ecclesiastica sepultura denegetur, agit Paul. Fulc. de visitat. lib. 1. c. 25. latè Lanon. var. lucubr. tit. 2. c. 9. cum seqq.

S V M M A R I V M.

- 1 Intestatus decedens sepeliri in sepulchro maiorum, vel vbi eligit sepulturam. Parochialis tamen Ecclesia habebit Canoniam portionem eius, quod reliquum Ecclesia sepultura.
- 2 Sepeliri potest vnusquisque in sepultura, qua maiores sui sepeliri consueverunt.
- 3 Maiores dicuntur pater, avus, & alij superiores.
- 4 Sepulturam non habens, neque eam eligens, ibi est sepeliendus, vbi Sacramenta suscipit.
- 5 Sepulchrum commune esse familia probatur ex inspectione literarum.
- 6 Sepulturam eligere potest pater filio impuberi, & dominus seruo pariter impuberi, vbi adest consuetudo.

CAP. Nos instituta. I.

Leo III.

IN sepultura maiorum suorum licet ex decencia quilibet sepeliri deberet, tamen in loco alieno potest vnusquisque sepulturam eligere: sed illi Ecclesia vbi alias erat sepeliendus, & vbi vabulum spirituale accipiebat, dari debet tertia pars eorum, quæ reliquit Ecclesie vbi sepelitur, & aliter non fiat sub poena excommunicationis. Colligunt ex Ordia. Abb. antiq. Innoc.